

gen yn vnd iren nachkommen hinfurdt vff ewickeit nicht vffgeruckt werden, sundern yn an yren herbrachten freiheiten gerechtickeitenn vnd gewonheiten vnuorgriffenlich vnd ane schaden sein vnd bleiben sall, dadurch sie keine vorkurezunge leiden. Mit vrkund diess briues vnder vnserm herczogen Ernsts fur vns beide hirangehangenem ingesigel vorsigelt. Geben zu Lipezk vff sonntag Laetare anno domini millesimo quadingentesimo octuagesimo quarto.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen.

No. 530. 1484. 8. Apr.

*Das Generalcapitel der Schottenklöster genehmigt den Verkauf der Parochie S. Jacobi an den Rath zu Leipzig.*

Nos Daud Ratisponensis praesidens, Thomas Herbipolensis, Cornelius Erffurdensis, Mauricius Constanciensis monasteriorum abbates, N. prior consecrati Petri extra muros Ratisponenses ordinis sancti Benedicti unionis Hibernicensis sive Scotorum et eiusdem nationis generale capitulum repraesentantes universis et singulis Christi fidelibus praesens hoc scriptum intuentibus videntibus et legi audientibus notum facimus, quod venditionem iurisdictionis temporalis et eius exercitii una cum iure praesentandi ad ecclesiam parrochiam sancti Jacobi extra muros opidi Lipezk Merseburgensis diocesis per reverendum patrem dominum Cornelium abbatem monasterii sancti Jacobi Scotorum Erffurdensium Maguntinensis diocesis nostrae unionis ordinis et nationis membrum providis viris dominis proconsulibus consulibus consulatui et toti communitati dicti opidi Lipezensis perpetuo possidenda initam factam et contractam ac pro hoc suo monasterio uti sua apud nos fidei relatione deposita intelleximus de ulteriori et fructuosiori statu et profectu providerit et fructificaverit in omnibus suis punctis clausulis et articulis litterasque desuper editas et factas in omnibus et per omnia amplectimur et de nostra mera scientia consensu unanimi et totius nostrae unionis voluntate pro dicto abbate Scotorum Erffurdensium suisque successoribus et natione Ybernica praesenti et in futurum adveniente ac nobis praesentibus dei nomine laudamus ratificamus approbamus et confirmamus, nihil nobis aut successoribus nostris unioni aut ordini in dictis bonis venditis et in melius commutatis reservari, sed potius omni iuri et actioni nobis ordini aut successoribus nostris et nationi huius occasione competenti privilegiis gratiis libertatibus et immunitatibus quibuscunque datis undecumque erogatis pure et simpliciter renunciantes et renunciamus per praesentes, omni dolo et fraude penitus seclusis. In quorum evidens testimonium sigillum nostri generalis capituli et unionis praesentibus est appensum. Datum et actum Ratisponae anno domini millesimo quadingentesimo octuagesimo quarto die vero Jovis octava mensis Aprilis.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem wohlerhaltenen Siegel an einem Pergamentstreifen.